

π h
932





Q. D. B. V.
DISSERTATIONEM



De

EXERCITU FURIOSO,

Vulgò

Wütenden Meer/

In Academia Lipsiensi

P. P.

P R Æ S E S

M. PAULUS CHRISTIANUS Hilscher/

VValdh. Misn. Alumn. Elect.

&

Respondens

BALTHASAR HENRICUS HEINSIUS,
Soravia-Lufatus,

Ad d. X. Aprilis Anno MDC LXXXVIII.

LIPSIÆ, Literis JOHANN. GEORGI.



1370

D I S S E R T A T I O N E M

E X E R C I T I U M

F U R I O S O R U M

Q U A E S T I O N E M

I N A C A D E M I A S A L I S B U R G E N S I

P R A E S I D I

L P A U L U S C H R I S T I A N U S D I S S E R T

I N A C A D E M I A S A L I S B U R G E N S I

M A G I S T R O H E N R I C O S T E I N S I O

A D D I C T O R I U M M D C C L X V I I I

L I P S I E I N T Y P O G R A F I C A



132r.

Summa Dissertationis.

THEMA proponitur §. 1. Cujus I. nomen, quoad α) etymologiam & β) synonyma. dicitur 1) exercitus furiosus §. 2. 2) wütende Heer §. 3. a Wodano deo quodam §. 4. Thuringis qq. noto §. 5. varia nominis illius scriptio. §. 6. 3) Familia Helleqvini. §. 7. origo ejus & nominis ratio. §. 8. 4) appellationes alia §. 9. γ) homonyma. §. 10. II. Descriptio §. 11. ubi A) quanam fuerint in isto exercitu? (1) generaliter. anime, juxta Wodanicas §. 12. eeq; militum in acie cesorum, juxta quosdam. §. 13. nec non infantes non baptizati, ecstatici, juxta vagantes Scholasticos. incuborum filii, juxta alios §. 14. anime purganda, ex confessione propria §. 15. partim demones, partim anime, juxta Bellerovacensem §. 16. ejusdem probatio §. 17. exemplum consimile §. 18. demones fuisse asseritur. §. 19. (2) specialiter de Eccardo, cujus descriptio & nominis impositio. §. 20. dicitur ita secundum quosdam ab α) Eccarto Brisacensi §. 21. idem ostiarius montis Veneris & Horselbergæ constitutus fuit. §. 22. β) Hegecarto Bojorum rege. γ) Eccarto Marchione, δ) Eccone Repcovio. §. 23. ε) alia sententia ex sensu vocis. §. 24. primitus der Druyde Hegrat. §. 25. Druyda enim Thuringiam qq. habitasse olim videntur §. 26. Dictorum summa §. 27. B) apparitionis modus. ratione 1) formæ, hominum, equorumque & c. integri exercitus, venatorum & cur? §. 28. 2) numeri. unde tot diaboli? §. 29. 3) coloris §. 30. 4) manifestationis, videbatur non solum, sed interdum & audiebatur. §. 31. 5) superstitiose venerationis. §. 32. C.) causa 1) hominis impietas, Dei permissio, diaboli actio §. 33. 2) ex sententia vulgi: Wotanus, domina Holda, Diana, Herodias, Berchta §. 34. 3) magia quoque §. 35. D) finis ex parte DEI, hominum emendatio, sed ab iisdem neglecta; ex parte diaboli, superstitionis introductio. §. 36. E) adjuncta 1) locus generalis, §. 37. Specialis: Horselberga, mons horrifonus. §. 38. notabilis. §. 39. 2) tempus. durationis §. 40. comparitionis generale §. 41. speciale §. 42. celebratio ejus anniversaria §. 43. Clausula dissertationis. §. 44.

DE furioso, quem dicunt, exercitu differere suscepimus, circa cujus explicationem ita nos geremus, ut licet certæ cuidam historiæ hanc operam decreverim, tamen & alia similis generis exempla sparsim delibemus. Argumentum thematis hoc est: *In Thuringia sæpenumero quidem, sed maxime tamen circa natalitias Christi ferias & Bacchanaliorum furias, non ruri tantum, quod plerumq; fieri solet, sed in ipsis qq vicis & oppidis colluvies quedam spectrorum, lemurum, larvarum & Empusarum, in quibus & viventium & mortuorum haud raro sunt imagines, ingenti numero, qui interdum equitum turmas & peditum manipulos sua æquant multitudine, transire solent & transcurrere, neq; fides hæc vana, sed certa & omnis extra dubitationis aleam posita. Has itaq; diabolorum copias senecio quidam canitie spectabilis, quem fidum Eckhardum nominant, seu uti nostrates vocant den getreuen Eckhart delibrato cum bacillo præit, & accurrentem, ut nostra fert curiositas, popellum hortatur, ut de via cedant & domum se referant, ne sua temeritate sibi aliquid mali non necessarij accersant. Pone sequuntur illa terriculamenta & Hecateæ numero plurima, specie varia, forma prorsus absurda & horrenda, alia capitib. truncata sunt, alia faciem in pectore gerunt, alia manus & lacertos habent mutilos, alia saltem uno pede incedunt, alia cruribus humeris impositis nihilominus celerimè currunt. Sunt qui rotis alligati Ixionis in morem volvuntur, venatorum audiuntur clamores & cornua, canum latratus, leporum forma præcipiti cursu feruntur, grunniunt sues, rugiunt leones. Horum igitur spectrorum in his regionibus domicilium esse perhibetur mons Horselanus. a)*

a) Verba sunt Heideri Vol 2. Or. 28. p. 1222. conf. Agric. Sprüchw. n. 667 du bist der treue Eckhart ic. p. 306. Vechner. Breviar. Univ. Germ. p. 129. L. Felleri Supplem. in Horat. p. 1290. alia exercitus furiosi exempla videtis ap. Del. Disquis. mag l. 2. q. 27. Sect. 2. p. 293. 294. 295. conf p. 441. 419.

§. 2. Expositionis principium a nomine facimus. Vocatur: *Exercitus furiosus*. Exercitus, non propter numerum tantum; ex multis n. conficiebatur; sed & propter formam quia manipulatim comparebat. Furiosus potissimum ob duo. Al-

terum

terum in externis signis cuilibet fuit obvium, alterum non item, ex sermone tamen patuit. Illi accensendum, quod alius in equo bipede collocatus, alius rota sua sponte currenti illigatus, alius pedibus humero impositis curriculo cucurrisse fuerit visus; hoc autem fidus ille, quem se dicebat, Eckhardus innuit, jubens non cedere solum ex via sed & dominationem parare, ne damni quid ab istis furiosis inveheretur. b)


b) conf. §. 31. & Prætorii Saturn. prop. 55.

§. 3. Germanice vocatur: das wütende Heer. Heer modo bellum, modo exercitum denotat. c) posterius hoc loco. wüten idem est, quod Latinum: furere, favire aut bacchari. Antiquiora ad vocis hujus incunabula nos deducit celeberrimus Schefferus, qui sibi negotium facessens circa veterem Suecorum religionem de Wodano inter præclara alia annotat: Germanos wütens Heer appellare hodieq; strepitum illum nocturnum spectrorum larvarumq;, quasi dicant: Wotanium cum satellitio suo. d)

c) v. Lutheri nomina propria Germ. p. 5. c. Scherzi Miscell. hier. P. 2. p. 117. d) Scheff. Upsal. antiq. c. 7. p. 72.

§. 4. Fuit *Odinus* (qui & *Wodanus* dicitur) Deus veteribus, *Thoroni* ex amussi oppositus. Hic boni, ille omnis mali credebatur autor; ac sicut alter superus, ita alter Deus infernalis, improbus, perniciosus. Officiis varius, quem & vitam eripere, ac uti alios, ita divites maxime, caesosq; in præliis excipere hospitio, & defunctorum evocare manes, & bella concitare, edocere magiam, famemque & cætera denique omnia, quæ deprecari solent mortales procurare putabat antiquitas. Factum ex his, ut collatus cum Romanorum diis nunc *Jovis*, nunc *Martis*, nunc *Mercurii*, nunc *Plutonis* nomen, & cuius denique non? indueret. Invitatus ad ferendas suppetias, aderat, ut eques senex, eximiæ magnitudinis, alboq; armatus clypeo, sed oculo orbis; quanquam & sponte sua fieret obvius, non raro cum tumultu militumq; turba. Quod ansam præbuit, ut hodieq; Sveci antiqua ducti consuetudine strepitus nocturnos spectrorum larvarumque putent esse *Odini*, cumque exaudiunt: *Odinum* ibi transire, dicant. c)

c) de Wodano præter ea, quæ breviter referunt Corvin. in Lexico; Olaus M. de pop. Septent. l. 3. c. 3. Ioh. Magnus, Hist. Goth. l. 10



1. r. c. 9. p. 37. alibiq; passim. vide omnino Arnolds altfächische
 Wöhen und Götzenbilder c. 4. p. 31. Alexander Rossens unter-
 schiedliche Gottesdienste in der Welt s. Abth. p. 260. Vosl. de
 Orig. Idolol. l. 1. c. 37. p. 273. lib. 2. c. 13. p. 374. optime au-
 tem de eo egit Ioann. Scheffer in Upsal. Antiqu. c. 7. p. 67.
 feqq. conf. & c. anteced.

§. 5. Uti vero apud Septentrionales populos, ita apud
 Germanos quoq; cultus ejus fuit frequentatissimus. Nam quem-
 admodum veteres Germanos, Celtas Gothosq; & linguam & gen-
 tem ad unam eandemq; referre originem vero valde est simile; f)
 Sic eosdem quoq; Deos ab iis fuisse cultos deprehendas. Episcopus
 Upsalensis, *Obden tanto opinionis fulgore clarum fuisse ait, ut ipsum
 non secus, quam datum mundo lumen omnes gentes amplecterentur, nec
 ullus orbis locus extaret. (Saxone testante) qui numinis ejus potentia
 non pareret.* g) Nec ab alio, nisi ab hoc numine tractum illum
 Herciniae in confinio palatinatus, der Odenswald / dictum existi-
 marim; & vicum quendam non procul a Norinberga Odens us
 nuncupari, tanquam Odino sacrum, censet Arnoldus h) mitto
 complura alia vocabula apud nos, quae ad deastrum illud nata-
 les referunt suos i) Quod si autem, prout contendit Scheffe-
 rus, vetus Svecorum religio ex angulo illo Septentrionali per
 Europam prope universam disseminata fuit, Wodani qq. cultum
 iis ex locis in Germaniam esse transportatum cum populo dixe-
 rim; & sunt omnino qui Thuringorum origines diserte è Gothis
 locisque accerant Septentrionalibus, k) & sunt etiam qui Thu-
 ringorum nomen a Thorone deductum censeant. l) Ubi au-
 tem Thorus ibi & Othinus. *Juvat, (quemadmodum alia in
 causa infert Schefferus) quod scriptores quotiens superstitionis
 priscae meminerunt, nusquam Thorum solum nominant, sed ei sem-
 per Othinum conjungant.* m) Hinc apparet, in quantum exercitui
 isti Wodanus nomen faciat, & quod deus ipse omnis mali,
 & quod spectrum, idque militare fuerit, & quod evocare manes
 consueverit, & quae id genus sunt alia.

f) v. Morhof. Unterricht von der teutschen Sprache und Poesie im-
 primis c. 2. g) Olaus M. l. c. h) l. c. p. 38. l) Sic Anglus
 Verstegan tam VWood, anglicum, quam Germanicum Wüter
 ex fonte derivat eodem. ac Arnoldus runicum istud Wode vel
 Wode/ vel Bede/ quod damnum, periculum & in specie bellicum
 notat;

1825
notat hodieque retinetur in cantu: all Bede hat nun ein Ende
item 70 ved / einved / desertum p. 37. 38. conf. Scheff. c. 7. p. 68.
70. 80. 81. k) v. Heider. Orat. I. de Thuring. s. 25. Vol. 2. p. 1091
1092. & Or. 2. s. 26. p. 1111. 1112. l) v. Scheff. p. 80. Heid.
l. c. p. 1089. m) l. c. p. 88.

§. 6. Circa scriptionem vocis observari potest, quod
non omnibus sit una eademque. Quidam reddit das wütend
Heer n) alius Wodens Heer & Wutens Heer o) nonnemo
Wüts Heer p) nec non Wütis Heer. q) Recte qq. pro diver-
so loquendi idiomate dixeris Swodens vel Odens Heer aut
etiam per th, aut t, quod perinde est.

n.) Agric. Deutsche Sprichw. 667. p. 306. o) Scheffer p. 81. Locc
cen. c. 3. Antiq. Sveo. Goth. p. 16. p.) interpretes Ludov.
Lavet. de Spectris l. 1. c. 18. q.) Jacob von Lichtenberg Ent-
deckung der Artick. von Zauber. alleg. Thomas. Disp. de vag.
Schol. §. 64.

§. 7. Hic est ille exercitus, qui ab aliis *Familia Helle-
quini* inscribitur. Si quis Vincentii Bellovacensis verba, qui-
bus familiae hujus facit mentionem, inter sese componat, ani-
madvertet, eam & numero constitisse haud exiguo; non enim
familiae solum, sed & militiae nomen semel iterumque gerit; &
animabus expiatoria flamma emaculandis attributam; & talem
prae se tulisse habitum, qualis fuerat olim in hac vita supersti-
tum r.) Sed cur *Hellequini*? inquires. Hic aquam haerere mihi
non diffiteor. Praeterquam enim quod de integritate vocis dubi-
tem, inter ambiguam nonnullorum scriptionem (legitur n. fa-
milia *Hellequini*, *Helliquini*, *Carlquini*, f.) *Herkelina*, *Herleu-
rina*, t.) cui credere quove possim vero uti interprete vix in-
venio ullum, nisi aut nocuae cuidam fabulae, aut vagis inter-
pretandi ausibus prodere velim veritatem.

r) Vinc. Bellovacensis in Spec. histor. Vol. 3. l. 30. c. 118. & qui ex-
scripsit ex hoc Antonin. hist. P. 3. tit. 18. c. 5. f. 22. s) tria haec
invenias ap. aut. cit. t) Fortassis eo (ad familiam *Hellequini*)
referendum, atque sic emendandum quod Petrus Blesensis de
curialib. f. aulicis sera nocte saepe vagantibus ep. 14. usurpat, mi-
lites *Herkelini* & *Herleurini*, nam codices omnes diversam obji-
ciuntlectionem nec ulla satis emendata videtur, ut diligenter nota-
tum a P. Joanne Busæo in notis ad eum locum, cujus tamen
conjecturam non tam improbo, quam quod in mentem mihi ve-
nerit propono. Delr. Disquil. Mag. l. 2. qv. 17. Sect. 2. p. 282. a.

S. B.

§. 8. Joannes quidam, Aurelianensis Ecclesie Canon-
 cus, ex Natali, œconomus suo, post mortem secundum pactum,
 quod cum ipso sanxerat vivus, ex tormentis redeunte, sciscita-
 tur inter alia apud Belovacensem: *Obsecro ut dicatis mihi, an-*
estis deputatus in illa militia quam dicunt Hellequini? & ille: non-
domine, militia illa jam non vadit, sed nuper ire desit, quia pœniten-
tiam suam peregit. Corrupte a. dictus est Helliqvinus pro Carliqui-
nis. Fuit enim Carolus quintus, qui peccatorum suorum longam
egit pœnitentiam; & nuper tandem per intercessionem beati Diony-
sii liberatus est. Ecce tibi unde vocis hujus originem accersat
 sanctulus ille in pluviali capa (quam quidem turri Parmensi
 graviolem, propter spem tamen veniæ pulcram pronunciat ipse,)
 contractas ante suffocationem maculas eluturus. Fal-
 leris autem si per Carolum V. aut Imp. illum Rom. aut
 regem Galliarum intellexeris. Uterque enim haud ita
 brevi post vixit, si calculum ponas ex ætate scriptoris. Alius
 fuerit oportet, seculo circiter 12. notus. Etsi vero voces istæ ad
 pronunciationem, præsertim Gallicam, collatæ punctum plane
 non omne amissuræ sint, tamen uti est tela hæc fabellis tantum,
 non tota constipata, ita cujusvis sententiam, si non perdiderit,
 omnino, suspensam tamen relinquet. Ego sane quam etiam
 solícite in originem ejus inquisiverim, semper desii in vetus
 illud: **NON LIQVEF & AMPLIUS.**

§. 9. Hæc fuere nomina, quæ mihi quidem innotuere,
 præcipua, ac licet certis a principio spectris fuerint tributa,
 tamen & aliis progressu temporis sunt accommodata. Martinus
 Crusius præterquam quod *exercitum furiosum* appellet, *furia-*
rum quoque, & alibi *feralis exercitus* titulo insinuat u) de cæ-
 tero & a tempore *das Fastnachts Heer* & loco: *das Hørselber-*
gische Kriegs-Heer apud non neminem audire memini. x)

u) *Crus. Ann. Sæv. P. 3. l. 11. c. 18. p. 653. ad ann. 1544. & P. 1.*
l. 1. c. 4. p. 15. x) ita ex Vechner. brev. univers. Germ. p. 129.
interpretatur Prætor. im Blocks-Berg P. 1. c. 1. p. 24. & alterum
locum ex Heidero p. 17.

§. 10. Quo in exercitu explicando negotium nobis ir-
 rogantes amotum hinc volumus eum exercitum furiosum, cui
 immanis crudelitas humanitatis nomen denegavit, y) aut quibus
 delira

delira illa super hircos, furcas porcos & trullas ad Melibocum profectio hoc nomen adposuit, z.) aut alium quemcunq; exercitum furiosum sequenti §. non descriptum.

y.) Sic v. g. copias Paslavienses vocat Ioh. Ludvv. Gottfried P. 5. Monarch. Rom. p. 68. das wütende Heer. conf. §. 30. Similiter dicit conventus istos magicos Hildebrand in Theurgia p. 152. Freyherr von Lichtenberg Entdeckung der Artickel von Zauberey it. Prætor. Nibejal p. 479. aliq;

§. II. Describimus igitur in genere, quod sint dæmones, qui formam mentiti humanam cum equis gregatim supra terram sensibus sese nostris sistunt. Quod si alicui nimium extendisse sermonem nostrum videamur, is recordari poterit ejus, quod supra monuimus. a.) Peculiari tamen Eckhardi familiam periodo delineandam censens, cogitet secum dæmones ad modum exercitus monstroso habitu indutos, qui in Thuringia quotannis statis diebus ex monte Horselberga egressi per vicos cum strepitu deambulare, ad eundemq; remeare, prævio gravi quodam, si faciem videas, facie, fidelis Eccardi nomine, consueverint.

a.) §. 1.

§. 12. Wodanicolæ illi procul dubio dæmones istos pro animabus sunt interpretati. Quanquam autem ipsis immortalitatem animarum ratio polliceri haud potuerit b.) earum tamen post discessum à corpore fatum communi quadam sententia innotuerat c.) & poterant uti mores plurimos, ita & opinionem de animæ post separationem reditu ac cibatione, aliis gentibus d.) familiarem, participare. Fidem etiam facit, quod Wodanus in defunctorum domibus non conspicuum modo sese præbere, sed & eorundem Spiritus evocare creditus fuerit. e.)

b.) v. Hulsem. Brev. p. 191. 1071. aliosq; passim. c.) v. Vosf. Theol. gent. l. 1. c. 10. p. 70. Hartkn. Preußen P. 1. c. 12. nr. 8. p. 188. d.) e. g. Boruffis, v. eund. l. c. nr. 7. p. 188. e.) idem P. 1. c. 6. n. 5. p. 135. ex Scheffer. Upsal. c. 7. p. 70. conf. §. 5.

§. 13. Nec plane illud vetustatis placitum moderni, qui sunt ex vulgo decoxerunt, quando tantum non omnes ejusmodi apparitiones animarum reditu explicant, ac uti furum animæ ad patibulares lacus ipsis fatui, quos dicimus, sunt ignes f)

B

ita

ita militum in acie cæforum spiritibus familiam istam dæmoni-
niacam resignant; obstetricante pontificiorum superstitione, ac
si purgatorii hospites terras repeterent posthuma opera emen-
dicaturi. g)

f) Caspar Ruthard in sacra Cosmologia theor. 5. p. 53. In infima
aëris parte est ignis fatuus. Furum animas ad patibulares lacus
sic ardere fingit quorundam lubentia: alii regem acherunticum
id loci cum nocturnis lanidiis saltitare referunt. g) Quan-
quam illi hodie, hæc, de quibus loquimur, spectra, dæmonum illu-
sionibus, quam animarum apparitionibus assignare malint, facit
ipse Delrio Disquis. magic. l. 2. qv. 27. Sect. 2. M. p. 292. b. E.
p. 294. b. E. p. 295. a. E. in illo tamen exemplo quod habet p. 293. a. &
nos § 15 dabimus negare videri vult, quod autem ideo agit, ne idem
cum Leloyherio l. 4. c. 6. ibid. allegato sentiat, cum tamen, si
ipsum penitus inspicias, idem sentire velit.

§ 14. Sed præterquam, quod seculum illud ex invetera-
ta opinione, doctorumque suorum informatione exutas corpore
animas de hoc agmine furioso sibi conceperat, nugas insuper
nescio quorum nebulonum (erraticos vel volaticos Scholasticos
appellabant) patiebatur, qui non solum in furias istas domi-
nium sibi arrogabant, sed &, quorum animæ infernalem istam
societatem constituerent, nosse videri volebant: *Esse in ea omnes
infantes non baptizatos, omnes in pugnis caesos, omnes ecstaticos,
in quorum corpora animæ, quæ evolassent, non rediissent, quod a-
liquis illos excitare volens nomine proprio appellasset, ferrig, alium
in locum magna cum querimoniâ ad extremum usque diem, tunc
& ipsos accenseri beatis.* h) Id tamen, quod non veritatis a-
mor, sed lucri studium ipsos edocuerat. Obelo quoque digni, licet
scriptores sint haud ignobiles, qui *dæmonum incuborum filios pro
patribus, quos volunt, ipsis h. l. substituunt.* i)

h) v. annal. Svev. Crus. P. 3. l. 11. c. 18. p. 653. & conf. omnino disp.
B. Thomasi de vagantibus Scholasticis § 19. seqq. ubi rationem reddit,
cur eo retulerint caesos in pugnis §. 70. infantes non baptizatos §. 71.
72. (adde Kornm. de mirac. mort. P. 8. c. 18. opinio quarundam ma-
gicarum muliercularum fuit, dicentium, animas puerorum sine bap-
tismate decedentium vagari per mundum usque ad diem iudicii vel
post &c.) ecstaticos § 73. ubi usque ad §. 80. exponit, quoniam hic per
ecstaticos intelli. antur? ad eum igitur B. L. remitto. i) v. Remig.
Dæmonol. l. 1. c. 7. p. 52. & refutationem ap. eund. c. anteced. Negat
contr. Remig. Delrio Disq. mag. l. 2. qv. 15. p. 159. conf. & Prætor.
Blocksberg 2. Th. c. 5. §. 6. p. 159. seqq. §. 15

§. 15. His denique omnibus ad superstitionem ita dispositis non raro spiritus ille mendax propriam confessionem addebat, credulorum hominum animis mirifice norat querulationibus ad præstigias accommodatis imponere. Multorum exemplorum vices explere poterit, quod Crusius refert: *apud Wormaciam alicubi, inquit, per aliquot dies, non modica equitum armorum turba euntium & redeuntium conspiciebatur, quæ in vicinum montem, unde & egressa, circa horam nonam noctis evanescebat. Ibi a quodam qui se cruce signaverat per nomen Dei sunt adjurati, quinam essent? Respondit eorum unus pro omnibus: Se non esse milites, sed militum animas, non multo ante ibi interfectorum. Arma & equos, quæ sibi antea fuerint iustrumenta peccandi, nunc esse materiam supplicii, omnia sua esse ignea, etsi a vivis corporali oculo cerni non possint. Inter eos fuisse conspectus Comes Emicho dicitur (sup. 1117. anno occisus) qui dixerit, se ab hac pœna precationibus & eleemosynis liberari posse. k.)*

k.) Crusius annal. Sæv. P. 2. l. 9. c. 9. p. 331. ad ann. 1123. ex Ursperg. & Tritenh. conf. Kornmann. de miracul. mortuor. P. 7. c. 75. ex Naclero. aliis quoque vicibus ibidem exercitus hujusmodi visus fuit, patet ex Petr. Thyrsi. l. 1. de locis infest. c. 1. p. 10. ex Chronico Hirsaugiensi recensente, circa ann. 1098. non procul a Wormatia, nocteque diuque pedites equitesque hora nona vespertina ad montem quendam rediisse. c. Waldschm. pythonissa Endor. P. 2. conc. 1. p. 472. ac in eod. chronico similis histor. sub ann. 1168. eod. in loco contigisse memoratur, ceu refert Delrio Disq. mag. l. supra c. p. 293.

§. 16. Quamquam autem dæmones esse adeo ire nollent inficias pontificii, tamen ne auream de reditu animarum purgandarum sententiam perderent plane pleneque; ita rem sunt aggressi, ut equos diabolo, animabus sessorum attribuerent. Sic Bellovacensis. Cum enim narrationem supra l.) allegatam pertexuisset: *Hinc apparet inquit, quales equi sint illi super quos aliquando anime defunctorum videntur equitare. Sunt enim dæmones, se in equos transformantes. Equorum sessorum sunt anime, miserrime peccatis oneratae, tamque armis quibusdam & clypeis onusta.*

l.) §. 9.

§. 17. Ac ne absque rationibus ea videatur asseruisse, causam dictorum mox addit: & quidem armorum, ex propheti-

phetico illo m.) *Descenderunt in infernum cum armis suis, quae fecerunt in vita arma iniquitatis peccato: nolentes ea facere arma justitiae Deo.* Equorum: certum est etiam equum animal esse superbum & contumax, contentionis & belli cupidum, ferventem ad coitum, & in libidine prepotentem n.) Demones igitur in equos transformati ostendunt sessorum suos talibus sceleribus se oblectasse. Ut quoque tanto magis placito veritatem conciliet, aliud statim exemplum in auxilium advocat, ubi comitem quendam a spectro (equo insidente nigro, stringenteque gladium, ac foeminam quam insequabatur nudam transfigente, transfixamque in foveam carbonariam praecipitante, prout videbatur) inter alia quarentem inducit: *quis esset? tunc illud subsistens, ego sum vester ille miles, inquit, & haec est mulier illa nobilis uxor illius militis, quem pro amore meo interfecit, ut licentius meo concubitu fruere- tur & frequentius. Et in hoc peccato ambo mortui sumus; ad quem comes, quis est, inquit, ille equus super quem sedetis? respondit: Diabolus est, qui nos ineffabili vexatione torquet.*

m) Ezech. 32. 27. Rom. 6. 13. n) consentit Delrio Disq. I. 2. qv. 28. Sect. 3. p. 304. a. Diabolus libentius induit animalia, in quibus aliqua sunt quae merito culpes.

§. 18. Quo in loco praetereundus non videtur equus ille nobilis cuiusdam ad inferni iter instratus. Vixit homo ille seculo ab hoc primo avitum splendorem detestandis moribus deformans. Hic aliquando de nocte surgens cum servo scelerum socio, ut infestam viatoribus operam navaret, ingentem equitatum in modum exercitus ire sibi in occursum conspiciatus, paulisper e via deflectit. Praeteri erant jamjam copiae, ubi ex equite prope satellitium sequente, cum alio equo, ita probe instructo, ut praeter sessorum desideraretur nihil, sciscitabatur: *Quinam illi quos jamjam viderat ibidem transire? ille: exercitus, inquit, furiosus est ex inferno; nobilis: at quem sibi vult comitus ille equus? respondet: expectat fidum domini mei ministrum. (nomen ipsius cum quo loquebatur, referens) vertente anno, ferro transfodiendum, hocque caballo nobiscum devehendum. Dixerat, viamque perrexit. Hic vero perterrefactus ad meliorem rediturus frugem abati cuidam fit a stabulis, attamen & sic eo ipso quo haec viderat, die, furca abs consorte terebratur. o.)*

1831

o.) v. de hac hist. Dieter. T. 2. Conc. 4. in c. 17. Sap. p. 1016. Men-
ger. Inform. Conc. p. 283. M. Cyriac. Spangenberg; Adels Sp.
2. Th. 13. b. 32. c. p. 380. 381. Waldschmid. Python. Endor. P. 2.
conc. 3. p. 485. ex libro cui titulus: Wend Unmuth, Ernstens Bilders-
haus 3. Th. Sect. 5. p. 701.

§. 19. Sed ad prima illa quod attinet, cum istum Phan-
tasi pullum, purgatorium jamdudum inter entia rationis scri-
ptura praeunte nostrates sepeliverint, idemque cum animarum
praesentationibus fecerint, dubium mihi est nullum, totum agmen
istud infernale *spiritibus* accensere *malis*. Tales enim sese tam verbis
quam factis significarunt multoties; illis, fingendo alium praer-
ter caelum & inferos locum, unde in terras ad hominum suppe-
tias animae demigrarent; his praeter eiusmodi persuasiones fal-
sas, cruciatum mentibus, damnumque corpori aliisque bonis
illaturi. Quod damna intulerint, exempla prostant apud Delr. l. c.
p. 293. ex Waltere de Milene it. p. 295. & conf. §. 31.

§. 20. Locum hic suum faciamus illi tot inter notabili
spectro. Sistitur illud tanquam vir gravitate eximius, reveren-
dus cana senectute, qui albo baculo, quem gerebat, subinde
motitato autoritatem aucupatus, verbis ad confluentem popu-
lum factis (agebat enim anteambulonem) hortabatur: Via ce-
derent domumque reverterentur, si nolint semet exponere peri-
culo h. e. *fidelis Eccardus*. Quod nomen nunc indidisse sibi
ipse, nunc accepisse abs aliis deprehenditur; p) nempe cujus
appellationis ille initio fuerat autor, eandem deinde vulgus in-
ipsum usurpavit. Quis autem ille Eccardus? ambiguum! Ap-
ponam nihilominus diversas sententias, ut cui haec illave ad pala-
tum non fuerit, aliam habeat quam degustet; cui neque ista, libere
abeat & ipse pocillator sibi, ipse sibi coquus sit.

p) autorem hujus nominis ponit Eccardum Agricola l. c. & cum eo
Vechnerus, sed alios Heiderus, & autor anonym. *Geschicht der Lande
Graffschafft Thüringen* c. 4. p. 26.

§. 21. Edocet igitur Agricola quod fuerit *heros quidam
de Brisach* Germano sanguine oriundus, dominus Olfatiae & Brif-
gau, qui sec. VIto clarus Harlingorum (quorum genus & ipse re-
ferebat) caedem abs Ermentfrido patratam tutoris nomine in-
signiter vindicans immortalem, sibi fidelitatis famam apud gen-
tem suam meruerit, adeo quidem ut eius nomen in comunne fi-
delitatis Symbolum effloresceret. q) Agricola

1352
lenario finiente hic alibique superstites, [testis est Celtes,] 'd.)
profitentur.

q) Agric. l. c. (& anonymus in Erklärung teutscher Spr. impress. Francof. anno 1582. p. 357. iisdem verbis,) eadem ipse Ekkartum nostrum post pugnam istam in roseto Wormatiensi Dieterici a Bern, collocat, at Crusius in annal. Sjev. P. I. l. 8. c. ult. p. 219. duella illa memorans sub ann. 529. ipsis eum interfuisse ait.

§. 22. Cum vero Christiana gentilitas, papatus inquam, inter alias fabularum segetes illam qq. de monte Veneris parturiret, fidelis sui Eccarti haud immemores Germani, ostiarium constituere montis illius, cuius foribus assideat & ab ingressu eius omnes prohibeat, ne illic desiderare cogantur & æternum cum infelici manere Tannbeusero. Quo de itidem multa nostri majores fabulati sunt. Hic enim cum Veneris e monte, quem tamen ubi sit locorum nescimas, per angustam forte rimulam evasisset, ad Urbanum pontificem Rom. confugit & supplex facinorum suorum veniam petiit. Sed tristem passus fuit repulsam, illo Rom. præfule dicente: Bacillum quem aridum manu tenebat, facilius posse revirescere, quam Tannbeuserum veniam scelerum suorum exorare. Abiit Tannbeuserus & in Veneris montem desperabundus se recepit. Non multo post ille bacillus florescere cœpit. Quæsitus ubiq. locorum Tannbeuserus, hoc ut evangelium ipsi nunciaretur, sed reperiri miser nusquam potuit, & ita non sua tantum, sed etiam Urbani valde inurbani, culpa in nescio quo Veneris Paradiso cum Cypria Deorum meretricula & impuro masculi generis Cupidine permanere coactus fuit. r) Porro uti ea quæ de monte circumferuntur Veneris tantum non sunt eadem cum Horselbergeis fabellis, ita & hunc honorem suo invidere Eccarto noluerunt nostri. Ivit igitur, rediitq. cum ista familia quæ Horselbergam incolere credebatur, a deoq. communis q. inferni janitor constitutus fuit.

r) Sunt verba Heideri V. 2. or. 28. p. 1224. ead. qq. Agricola l. c. conf. Kornm. montem Veneris c. 14. p. 126. & qui ex eo Prætor, Blockberg l. c. 1. §. 8. p. 17. seq.

§. 23. Sunt tamen & alii qui appellationem istam derivant abs Hegecarto quodam Bojorum rege, qui tempore belli Trojani vixerit, quemque finxerint veteres quæ foribus inferni sedentem, instruentemque fidis monitis ingressuros unde Troicus Heccardus, ac porro corrupte der treue Eckart dictus, id quod
illud

postea in proverbium abierit s. y Fulgentissimum Lipsiæ si-
dus, B. Thomasius in literis ad celeberr. D. Casp. Sagittarium
illud notum, inquit, Eccarto Marchioni cognomen fidelis adha-
sisse; non minus quam Eccarto Brisacensi illi, qui postea pro-
verbio de fideli Eccarto occasionem dedit; quanq. sint, qui origi-
nem adagii ad ipsum Misnensem referunt; nec desit qui Ecconem
Repcovium, Saxonici juris scriptorem. Proverbium ipsum cum
historiis vel fabulis huc pertinentibus altera de Tanbusero, altera
de spectro Mannsfeldensi Ioannes dabit Agricola, de Tanbusero
etiam nonnihil Goldastus ad paraneticos veteres t.)

s.) Zeiler. Cent. 2. Ep. 96. addit tamen: hæc fabulis annumeranda;
Conf. Aventin. l. 1. annal. Bojor. f. 38. a. t.) Debentur ea Phil.
Bern. Eck. in disp. 20 80. Ienæ sub præsid. D. Sagittarii de Eccardo
a. instituta, ubi itidem hoc proverbium ad Marchionem istum refert,
in eamq. sententiam profert diploma ab ann. 1041. hujus argumenti:
Henricus Rex ob minime denegandam voluntatem fidelissimi fidelis
nostri Eccardi Marchionis decem regales mansos in proprium de-
dimus. extat Sect. 16 17.

§. 24. Conjecturis res agitur. Auguremur igitur & nos.
Quid enim? si nomen illud non mutuatum, sed ad mores habi-
tumque spectri illius efformatum existimemus? Eccart enim si
sensum spectes sonat quasi Hegerath ab Hegen servare, custo-
dire prudenter & consulte. u) Porro rō Treue fidelita-
tem signare Germanis, iis quoque, qui nondum ære lavantur, con-
stare arbitror; at illud tamen addere volui, quod originem suam
ex antiquitate accersat. Flacii est sententia rō Truwe vel Treu
proxime idem esse ac divinum, quod veterum Germanorum lin-
gua: Trutis, deum significet. Inde q. & Germanorum antistites
Trutas suum duxisse nomen x) Erit igitur ex vocum genio no-
men hoc der Treue Eckart qs. einer der treuen Rath heget / ein
treuer oder göttlicher Rathgeber / qualem senex iste, si verba at-
tendas, egregiè se norat adprobare.

Mart. Luth. in nominibus propriis Germ. p. 26. x) Flacius Illyricus in
præfat ad Otfridi Evangel. allegante Sched. de dis Germ. Syngr. 1. c. 3.
p. 258. Scheffer. Upsal. c. 16. p. 309. seqq. Scheræus tamen rō Treus
dictum vult a Druyda. in Miscell. hier. P. 3. p. 134.

§. 25. Malim tamen primitus dictum esse: der Drunde
Hegerath

l.)
ol.
olt
u-
n.
m,
u.
n-
o-
n-
res
sit
ia-
am
en-
ere,
nn-
ulto
eu-
am
ulpa
&
orro
unt
in-
sta,
mu-
conf.
ocke
deri-
belli
ferni
Troi-
quod
illud

Segrath/Druyda consultans, nempe a priscis Germanorum Vati-
 tibus. Uti enim Eccartus noster monebat confluentem turbam
 rerumq; edocebat futurarum eventum; ita qui Druydæ nomen
 sibi sumebat omnis sese veritatis & fidei cum erga Deum tum
 erga homines profitebatur doctorem, ceu loquitur Merula y.)
 Uti Eccartus gravis quoad faciem atq; incessum, ita Druydum
 proluxa vestis bisulcaq; barba magnam præ se reverentiam fere-
 bat z.) Baculo albo utebatur Eccartus, & eadem quoq; lite-
 rarum monumentis de Druydarum moribus cognoscimus, nec
 dubium esse poterit horum baculos similiter fuisse albos, utpote
 quem colorem tanq. præcipue Deo decorum adamabant. a.)

y.) in Cosmogr. P. 2. l. 3. c. 11. p. 310. conf. Sched. de Diz. Germ.
 Syngr. 2. c. 1. p. 254. & c. 13. p. 292. Wegener. in notis ad Lu-
 theri nomina Germ. p. 218. ibiq; in calce allegatos autores plures.
 z.) id. Sched. c. 8. p. 277. & Schmid. Chron. Cygn. P. 2. c. 2. p. 342.
 a.) baculis usos esse Druydæ conjicit Conradus Celtes ex quibus-
 dam antiquis imaginibus ad radices pinniferi montis, Vichtelberg,
 in coenobio quod. a se visis prout habetur ap. Merulam d. l. Ac so-
 lennis fere fuit baculorum usus apud priscos sacer dotes. Nam & de Bo-
 rufforum summo pontifice Crive Evarte dicto, tradit Dufburgus P.
 3. c. 5. de Pruss. quod tantæ fuerit autoritatis, ut etiam nuncius
 cum baculo ipsius aut alio signo transiens terminos regionum (quas
 ibi memorat) a regibus & nobilibus omniq; populo maximi fuerit æsti-
 matus. conf. Hartknoch. Preußen 1. T. 8. c. bl. 147. 148.

§. 26. Ac videtur utiq; sicut alia Germaniæ loca, ita
 Thuringiam quoq; Druydum e Gallia sub Tiberio Claudiove
 impp. trans Rhenum demigrans insedisse superstio. Allega-
 mus in hanc sententiam Diodorum Siculum, qui ad Scythiam
 usque Oceanumque & Herciniam sese, ait, Druydæ dispalasse.
 b.) Allegamus etiam inventum aliquando in vicinia Thuringiæ,
 Voitlandia, lapidem ita inscriptum Δρυιδῶν μέγιστος Δυρβαλῆς.
 c.) Conjicere ex his similibusque poteris transitum Druyda-
 rum ex vicinia in hanc terram, arborum nemorumque divi-
 tiis moribus ipsorum imprimis aptam; nec sane *Truttenbusa-*
num & Treutenburgum (illud Sæviæ cænobium anno 1181. ex-
 citatum, hoc Thuringiæ castellum prope Unstratum flumen)
 alios nominum suorum autores quam sacerdotes istos, ipso mil-
 lehario finiente hic alibique superstites, [testis est Celtes,] d.)
 profitentur.

b.) Diodor.

b.) Diodor. Sic. l. 5. bibl. conf. omnino Sched. Synggr. 2. c. 1. p. 254.
Dress. Ifag. Millen. 3. p. 259. 260. c.) Schmidii Chron. Cygn.
P. 2. c. 2. p. 340. p) Contr. Celt. in descriptione Norinb. c. 3.

§ 27. Devenio igitur in eam sententiam, quod larvatus iste Senex ad modum apparitionis eo nomine sese accommodavit, ut quemadmodum per τὸ Τρευε / s. ut mihi placet: Druyde / habitum maxime, quem referebat, expressit; ita per τὸ Eccart s. Hegrath, mores insinuare voluerit. Scilicet & hoc modo imponendum erat misero popello, quo minus in oblivionem defineret patrum superstitione, tunc aut non plene, aut non ita sepulta diu. Succedente tempore vocem Τρευε / quæ est fidelitatis nota, in locum & Druyde / substituit & sonus similis & quod illud nomen hoc coeperat esse notius. Cum igitur per paræmiam dicere vellent: Du warnest mich wie der Druyde Hegrat / dixere pro eo: Du warnest mich wie der Τρευε Eckart. Porro cum nomen Eccarti certis jamjam personis accommodatum, possessores aliquando fidei decore insignes, (multi enim Eccarti cognominati sunt fideles) nancisceretur, jamjam confusio oriri coepit, ac denique & genuina origo ignorari. Hinc factum existimemus, cur, cum proverbii huius incunabula essent investiganda, his de nunc apud Marchionem illum Misnensem, nunc ap. Herlingorum tutorem, nunc ap. alium quempiam inquireretur, re tamen an hic illeve fuerit, dubia. Hæc nobis videntur, quibus quidem si candidum quis calculum adjiciat, non pugnamus, sin nigrum, nec ipsi pugnamus.

§. 28. Disservimus hæctenus de iis quæ circa quæstionem, quid fuerit ille exercitus? notari poterant, nunc qq. in apparitionis modum inquiramus. Hominum equorumque formis spiritus istos fuisse indutos jamjam supra monuimus; Fuerunt tamen ita, ut tantum non semper aliqua eis adhæserit deformitas. Quippe in omnibus fere, quas legas, historiis aut truncata aut enormia aut alia, quædam præter regionis istius mores observaveris. Humanis autem in hoc negotio imaginibus utebatur diabolus, ut eo commodius tanti illas animarum larvas, quanti volebat, credulitati venderet. Equitatus autem cum ad fastum non adhibeatur modo sapiuscule, sed & ita tractetur, a militibus præcipue, ut equi potius quam æqui ac miserorum habeatur ratio, tanto magis ab illo in

C
specta-

a-
am
en
im
y.)
ma
re-
re-
nec
ote
rm.
Lu-
res.
42.
us-
erg,
c so-
Bo-
s P.
cius
quas
fti-
ita
ove
ga-
iam
asse.
gia,
Nis.
da-
livi-
usa-
ex-
en)
mil-
d.)
odor.

spectaculum usurpari poterat. Ac sane uti superbia vitio a principio infamis fuit diabolus, ita nihil non movit, quo autoritatem majestatemque sibi corrogaret apud credulos, tantoque majorem sibi reverentiam atque timorem abs iisdem extorqueret, quanto rariorem apud ipsos verum Dei cultum non ignoraret. Legas hinc *multo eum comitatu* integrisque turmis incessisse constipatum. Legas quoque *venatorum* moribus dedisse operam. Nam & hæc olim magnatum erant studia; at improba, suo quippe suorumque detrimento conjuncta. e) Noluit igitur eorum moribus, quibus ad imitationem sollicitabatur, esse inferior *αὐτῶν αὐτῶν* *γρεῦντῆς* ille acherusius.

e) v. omnino Spangenberg's unchristlichen Jagtenffel. inprimis c. 18. hæc habet: Hieher gehören nun auch die Teuffelsjagten/da der Teuffel in Gestalt und Person deren/die etwa grausame und unbarmherzige Jäger gewesen sind/ zur Nacht und auch bey hellen Tage sich sehen lässt/ heget und jaget/wie man davon saget/daß etliche Fürsten und grosse Herren noch heutiges Tages sollen gesehen werden/ daß sie jagen an den Orten/ da sie etwa bey ihren Leben/ mit grosser Beschwerung armer Leute ihre Lust mit jagten und Wildbahnen gehabt &c. extat in Theatr. diab. T. 1. p. 222. conf. §. 31.

§ 29. Sed unde tanta diabolorum copia? generosi nempe parentis magna est familia. Id perfvaderet forte nonnemi cui placet Germanorum loquendi ratio, quæ matrem diaboli in proverbium produxit; f.) aut cujus in cerebro fecunda Lilit parit. g.) Sed ita & patrem diabolorum nosse velis. Meminit sane Hieronymus qui patrem diabolo asserere fuerit aufus; h.) quod si & pullos ex incubo & succuba oriundos addideris, i.) profecto quos isti generare non poterunt, fabularum numero explere juvabit: Alia edocemur ex sacris literis, angelos a Deo creatos esse, magnam vero eorum partem a creatore descivisse & quanquam exactum numerum ignoremus, tamen qui hospitem illum integræ legionis k.) non nescit, nec ingentes dæmonum exercitus ignorare poterit. Sed de his Theologi.

k.) audaculorum adagialis sermo est: ich fürchte mich nicht und wenns der Teuffel und seine Mutter wäre. inquiri in proverbii hujus originem L. Fellerus in floribus Philos. c. 7. p. 103. similis elegantia est: Man sagt/daß der Teuffel/wenn es donnert und die Sonne scheinet/ seine Mutter also schlage/ daß sie Del gebe: itera; Was der

Der Teufel thut/ wenn seine Mutter nicht zu Hause ist! habetur ap.
 Prætor. im Blocksberg 2. Th. 1. c. p. 113. g.) de Lilit dæmonis-
 sa v. Elias Levita in Thisbi fol. 49. & Buxtorf. Lex. Talm. col. 1140.
 ejusdem Synag. Judaic. c. 4. p. 80. alleg. maxime reverendo D.
 Pfeiffero in Vexat. dub. Cent. 4. l. 22. p. 710. adde Selden. de Dis
 Syris Syntagm. 2. c. 2. p. 250. Waldsch. Python. Endor. p. 9. 50.
 quid? si illam Germanorum formulam ex Judæorum schola de Lilit
 dæmonum matre, ad Christianos fluxisse, ita ut jocus, pullum
 ex hunc cluserit, dixerimus? h.) Hieronymus T. V. f. 37. in E. c.
 14. cont. Keisersberg. Serm. f. 95. alleg. Felleri d. l. i. v. supra
 s. 14. lit i. k.) Marc. s. 9. ad quæ verba Musculus von des
 Teufels Tyrannen: daß seynd wohl 6. oder 7000. böser Geister/ wel-
 ches die Pommeru wohl wissen/ welche wenn sie einander schelten/et-
 ner dem andern wünschet und fluchet: neun tausend / zwentzig tausend
 Thunnen voll Teuffel/und darum auch kein Land ist / da mehr besessene
 Leute zufinden als eben in Pommeru / denn sie wollens also haben und
 messen einander die Teuffel mit Thunnen zu. Habentur in Th. diabol.
 P. 1. f. 103. 2, quod votum hodieque usurpant. Qvi plura testimonia de
 multitudine diabol. desiderat, adeat Jodoki Hokkeri l. cui tit. Der Teu-
 fel selbst. extat in eod. Theatr. P. 1. fol. 11. nec parum conducit, ut ma-
 gnus exercitus dæmonum se sistat aliquo in loco, agilitas ipsorum, inde
 & Germanicum nomen Boland diabolo natum esse existimatur. Der
 Boland kommet von Lateinischen valendo; d. i. starck und mächtig seyn /
 aber nur in bösen Sachen/ so viel ihm Gott verhängt / daß er auch daher
 der böse Boland genennet wird. it. es kan kommen von volando das ist
 fliehen/ in der Luft hin und wiederstreichen / wie ihu auch Paulus darunt
 nennt/ den bösen Geist unter dem Himmel Eph. 6. & c. Scheræ. Miscell.
 hierarch. P. 1. p. 24.

s. 30. Quid autem de colore addamus? Nempe quoad
 hunc quoque ad terrorem sese novit componere diabolus, ita,
 ut cum apud illos, qui averfantur albedinem, albus; ita apud hos,
 qui amant, niger compareat l.) Indeque & nomen ipsi quo
 infernalis æthiops, Helle Wöhre alicubi m.) audiat, quia
 Europæis ut plurimum talem se sistit. De Ariis Taciti verba
 sunt: quod arte ac tempore lenocinentur; nigra scuta, tincta cor-
 pora, atras ad prælia noctes legant, ipsaq; formidine atq; umbra
 Feralis exercitus terrorem inferant, nullo hostium sustinente no-
 vum ac veluti infernum adspectum n.) Ita videtur historicus
 ille sub Ariorum descriptione formam familiæ hujus dæmonia-
 cæ tradidisse, ac sane feralem illum exercitum per Germano-
 ru in wütende Heer exponit Crusius, locum hunc ipsum annalibus

n-
m
m
ro
e-
i-
n-
e
i-
a-
s.
fel
ä.
e-
en
n/
re
i.
osi
e-
a-
e-
sse
re
n-
e-
ex
m
m
k.)
e-
ms
ori-
an-
ne
Bas
der

inferens. o) Geminum huic exemplum est, quod Althammerus refert: *Nostra, inqviens, atate militum manus in inferiori Germania se diabolos appellarunt ad incutiendum terrorem iis, adversum quos mittebantur. Vestes erant nigrae, hasta nigra, vultus ipsi nibilo candidiores.* p)

l.) conf. L. Felleri flores Philos. p. 51. & Arnoldi Zugabe über Ubrah. Rogers offne Thär zu dem verborghen Heydenthum p. 855. m) apud Ottium in Onomatol. D. Dieter. T. 2. Sap. Conc. 5. in c. 17. p. 1025. vocat eum das schwarze Casperle. conf. Waldsch. Python End. P. 2. Conc. 1. p. 420. Hole sie der schwarze Caspar der des Schultheissen Genß holte/inquit Florianus Daule von Fürstenberg im Tanktenffel. Th. diab. P. 1. p. 179. 2. n) Tacit. de morib. Germ. c. 43. n. 6. o) Crus. ann. Sjev. P. 1. l. 1. c. 4. p. 15. p) refert Kirchmayor. ad l. c. Tac. p. 427.

§. 31. Non oculis solum eiusmodi spectra fuere obvia, sed auribus quoque uti Eccardina ista familia. Per literas me edocuit vir, cujus memoriam semper venerabor, quæ ipsi olim aliisque multis Pastor quidam ex Erfurthenfi dioecesi tradiderat, imprimis commemorans: sibi aliquando cum parente sene ex urbe ad rurales penates die iamiam moriente revertenti pone venatorum clamores, per agros sese diffundentes increbuisse, cum senex ad ipsam: Secedamus, inquit, de via, exercitus imminet furiosus. Et ecce vident transire turpes vertagos, cerberosque hiantes, vident quosdam venatico indutos habitu, oculisque flammantibus, torvoque adspectu horrorem cuilibet deproperantes; audiunt præterea inconditos venatorum clamores, latratus canum, cornuumque boatus. Incolumis tamen evadit uterque. Pausanias quoque prodidit, in campis Marathoniis, in quibus Atheniensis dux Miltiades Persas vicerat ante C. 491. multis annis post, spectra noctu esse visa, militares clamores, hinnitusque equorum auditos esse, pluribusque curiosius perscrutari volentibus haud parvo diligentiam stetisse suam, q.)

q.) refert Crus. ann. paralip. p. 34. Nicol. Leonicus de var. hist. l. 2. c. 29. Kornm. de mir. mort. P. 7. c. 74.

§. 32. Ex iis, quæ modo recensuimus, videre est, cætervalibus istis dæmoniis viam qua transitura erant secessu suo patefecisse homines. Nec hoc solum, sed & submissa in terram declinatione acherunticum istum exercitum æstimasse audio. Pa-

tios

tior persuaderi mihi facillime. Legi n. alibi qq. hunc cultum exhiberi spectris. In Orientali Russia messis tempore meridianus dæmon habitu viduæ lugentis rura obambulavit, operariisque, nisi protinus viso spectro in terram proni fierent, brachia cruraque fregit. r.) Et Proteus fane sylvestris ille in Silesia impetravit a Caucafi sui habitatoribus viciniaque ut prostrato humi corpore colatur. f.) Uti autem venerationes ejusmodi in desideriis sunt diabolo, ita ab eorum qui præstant, læsione abstinere, si vel maxime Dei providentia non prohibeatur, videtur ideo, ut plures in eand. superstitionem pelliceat.

r.) Delr. l. c. p. 287. b. s.) Prætor. Ribezal. p. 426. conf. omnino in hunc §. Menger. Infirm. Consc. Ev. q. 9. p. 288. seqq.

§. 33. Ad causam nunc calamum proferimus. Ea est hominum conditio, ut multi peccare malint, quam vivere, pauci ita vivant, ut ne benignitate in se Dei abutantur. Idem sentias de Germanis nostris. Collustrati equidem lumine Evangelii, sed ductores nacti infelices, ad tenebras deviarunt denuò, fabulisque irretiti peregre iverunt ad statuas, Iustrationes egerunt, animabusq; vagabundis vacarunt, ac, ut in compendio dicam: ad antiquum ingenium nomine redierunt novo. Non itaque noluit Deus justissimum exercere judicium, permissurus, ut quibus adeo cultus reprobus cordi esset, domi haberent integros, quos peregre quærebant, exercitus, infestos deos, larvas peregrinantes, erroneasque animarum absoluto penso beatidarum. Ita hominum meruit improbitas, ne diabolus talia molitum Deus impediret.

§. 34. Supra jamjam mentionem injecimus *Wodani* ex veteri superstitione huic exercitui ceu autor & præses assignati; animadverto tamen, quod eandem functionem deæ qq. nonnullæ obire existimentur, ut *Holda*, t) *Diana*, *Herodias* decrepitæq; *Bertha* u) sive illæ exemplis, sive fabellis anilibus prognatæ, aut deniq; ex utrisq; complicatæ, quemadmodum valde suspicor, fuerint, equeidem non disquiro. Meminit sane Discipulus x) qui festis natalitiis Deam, quam quidam Dianam nominant, in vulgari die *Frauen-Huld* dicunt cum suo exercitu ambulare. Et in synodo Ancyrana y) damnatur illa veneficarum opinio, qua mulieres demonum illusionibus seductæ putarent se noctu cum Diana e-

qui-

us
a-
r-
us
erg
am
o.
nc.
pl
r.
ev.
ob-
te-
uæ
refi
pa-
nte
en-
de
ur-
ico
tu
ndi-
us.
dit,
er-
vi-
iri-
en-
t. I;
ca-
suo
ram
Pa-
os

quitare in bestiis quibusdam & multa terrarum perlustrare. In-
 deq; & factum existimarim, quod sagæ quoc; ipsæ dicantur die
 Grauen Hulden z) Primo quidem dæmonum alii dicebantur
 gute Hulden a) quod nempe ab officiis essent hominibus, alii
 Unhulden/ quod eiusmodi operam, ut videbatur, amicam non
 præstarent, sed nocentes essent. Deinde vero posteriorem ap-
 pellationem sagis propter commune studium, communem &
 ipsam fecit consuetudo. b) Quæ de domina Hulda dicuntur, ea-
 dem & de Diana circumferri legas c) nec aliam ab utraq;, nisi
 nomine, Herodiam arbitratus fuerim. Tandem: de moribus Ber-
 tha (seu Berthradæ, quæ regis Caroli mater fuit) accepimus, in-
 quit Camerarius, d) fæminam fuisse iracundam & pene sevam,
 quod adhuc fabule apud nos confirmant, de vagante circa domus
 noctu Bildaberta (Wildaberta) i. e. fera Bertha, ejulantes & contu-
 maces pueros corripiente atq; lacerante, quo terrore hi a matri-
 bus compefcuntur. Paulo aliter Crusius e): A Cesare Henrico IV.
 imp. & uxore ejus Patavium libertate donatum est. Inde in signa
 libertatis armato cavvocio uti cæperunt in bello Bertha nominato.
 Hinc dictum hoc ortum puto, quo terrentur inquieti pueri: Schweig/
 oder die eifene Bertha kumpt. At Bertham tamen, cum illis
 supra memoratis, dæmonum gregi accenset B. Matthesius f.)
 Quod si vero hæc inter æquivocationem exercitus huius refe-
 renda quis duxerit, nec ipse adeo refragabor.

t) Dicitur & Hulda, Hoola/Holla it. Fauta/Fute, inde der Futen Abend vel
 gute Abend/ servis & ancillis apud paganos in deliciis. u) dicitur Berchta
 qq. it. Herfa. x) Discip. serm. de tempore xi. y) can. 24. z) ita au-
 diunt passim Agricola in teutsch. Sp. 301. p. 162. b. a) Synonyma
 horum sunt Wichtlichen/ Erdmennerchen/ helle Keppelein juxta Agric. d.
 l. p. 163. b.) conf. Theatr. Diabol. P. 1. p. 77. b. f. c) conf. Prætorii
 Saturn. prop. 48. & 54. d) Camerar. in Niceph. Chronol. cit. Crusio in
 ann. P. 1. l. 12. c. 6. p. 329. e) l. c. P. 2. l. 8. c. 7. p. 266. scripserat ta-
 men idem c. 5. p. 256. Carrocium pro Ca Wocio. f) Matthes. Ausle-
 legung der Fest. Evangel. p. 22. was seynd anders alle Polter und
 Kumpelgeister/ unnatürliche Irrwische/ Frau Herodias oder Fr. Holda/
 die alte Berchte mit ihren wütenden Heer/ Schretel/ Wichte/ Trollen/
 Bergmennel/ denn lauter Teuffel?

§ 35. Præterquam autem quod immediate infer-
 nalis, We. turmfaber, artem hac in parte suam exercue-
 rit;

rit ; magiam quoqye in producendis infernalibus exerciti-
 bus suam collocasse operam, legimus passim. Hunnorum non
 arma sed carmina, spectris in terrorem objectis, Francorum
 copias dedisse aliquando in fugam memorat Gregorius g.) Ac
 Delrio variis nostri argumenti exemplis recensitis : *tales ex-
 ercitus, inquit, possent magi multos exhibere, si ex pacto, quod cum
 demone superiore habent, demones illi subditos evocarent.* h.)
 nec nostra omnino ætas ignoravit ejusmodi diabolifices, milites
 non solum, sed & opiliones, uti narrant illi, qui & ipsi viderunt sæ-
 pius. Quam superstitionem Martialem Wierus, magis tamen
 ac cætera ibi circumspicte, consignavit : *Ut mille hominibus
 vel equis cinctus quis appareat, anniculus salicis ramus unico in-
 flictu abscissus usurpatur cum exorcismo, barbarorum nominum re-
 citatione & characteribus absurdis.* i.)

g.) Gregor Turon. l. 4. hist. c. 28. conf. Olauum Magn. p. 118. m.
 h.) Delrio Disquis. l. 2. qv. 27. Sect. 2. p. 295. 3. i.) Wierus
 de præstig. demon. l. 5. c. 11. p. 542.

§. 36. De cætero, quanquam Deus istiusmodi exerciti-
 bus hominum emendare improbitatem voluerit, tamen nun-
 quam legitur permisisse, ut talis militia ultra incursionem terri-
 culamenti eo processerit, quo solet militia hominum. Nam si læ-
 dere, occidere, munitiones capere vel hostium invadere castra
 finerentur, nulla illis humana potestas valeret resistere. k.)
 Condescendere secum, quorum causa tunc agebatur, debebant,
 culpæq; merita ruminari, sed tantum aberat, ut per plateas in-
 sana acciti curiositate, tanquam ad spectaculum effundere sese
 dubitarint, ut potius visa auditaq; neque ad scripturas, neque
 rationem componentes magnum adaugendæ superstitioni fene-
 stram patetacerent. Quemadmodum itaque diabolus præci-
 pue suam hanc industriam ad genium illius seculi fabulosum
 adaptarat, ita & ea, quæ de purgatorio, posthumis precibus,
 vagantibusq; in terris animabus, circumferebantur, facili persva-
 debat negotio. Ut nihil dicam, mancos illos & loripedes & ace-
 phalos, hominum animas, quarum se nomine vendebant, alicuius
 materiæ, & quæ eam sequuntur, insimulasse : nec dicam, dia-
 bolum furioso illo suo agmine bonorum angelorum acies l.)
 imitatum, aut plane dubios circa sancti illius exercitus auto-
 rem

rem reddere male feriatos, aut saltem parilem sibi cum Deo virtutem affingere, temere attentasse.

k.) verba sunt Delr. l. 2. qv. 27. Sect. 2. p. 295. a. l.) Gen. 32. 1. 2. 4. Reg. 6. 17.

§. 37. De loco nunc & tempore videamus. Licet vero diabolus omnium regionum agat trapezitam, mensam tamen non ubique ponit. Malunt alii in umbra, alii vero non nisi ad tabernam in foro positam, nummisque præsentibus cambire. Semet defendant ipsi, qui diabolorum frequentiam in cæli dispositione terræque situ collocant; & *quandoquidem aquilo quam maxime a sole & benignitate clarissimi luminis est remotus, ea re illic inter immundissimas abominabilesq; tenebras diabolorum legiones stabulari ajunt.* m.) Hominum moribus, non cæli regionisque temperie diabolorum larvæ accersuntur. Nam superstitioni magis, quam impostura, aptum est nihil. Nostræ huic, de Ekkardina familia, actioni Thuringiam imprimis Franciam, Heidelbergam, Sveviamq; theatrum legisse pantomimum istum infernalem observamus.

m.) Besold. de nat. pop. c. 4. Gaffarell. de curios. inaud. c. 13. n. 10. c. Consult. Lansii contra Germ. p. 893. in locis septentrionalibus literali sensu sedem esse diaboli scribit Olaus M. l. 3. c. 22. p. 127.

§. 38. Habitaculum notabilius celebratur mons ille Isenacum inter & Gothanum (ap. Ferrarium, ceu loquitur Kornmannus, n.) *Horselberg* seu *Horselanus*. *Hoc nominis accepisse fasti nostri referunt, inquit Heiderus, quod ejus accolæ miserabiles ejulatus & insanos clamores & verborum sonitus & stridores ferri & tractas catenas (animarum sive spirituum, prout addit Kornmannus; ita nempe fallebant plebeculam monachi, quasi officina purgatorii eo in loco esset) exterriti audirent, ut alter alterum his compellaret verbis: Hier der Seelenberg! que vocule postmodum in hanc unam coaluerint & in causa fuerint, hic ut mons Horselanus, lingua nobis propria der Hørselberg diceretur.* o.) Alias, rationem tamen ob eandem, *Horrisonus* quoque audit. p.) Nec dubitarim asserere, ab eiusmodi sonitu inferno natum esse nomen, quo infernus: *Vincse Panck*/passim apud patriæ linguæ observatores appellatur. q) Catenarum enim singultus ferrique altercationes, quales concitant fabri canthis

canthis vestientes rotas, non obscure reddit. Tales autem, cum in-
 frequentes non essent circa montes ejusmodi sonantes, Heclam
 puta, Aetnam, Vesuvium &c. inter purgatorii officinas a fabu-
 licolis numeratos, sonitum istum lingua æmulabatur.

n. o) Kornm. de mir. mort. P. 2. c. 47. p) Heider. Orat. 4. de Thuring.
 p. 1221. q) Florianus Daule von Fürstenberg im Tanz, Teuffel: ich
 halte dafür in einer solchen Arbeit sterben/sey sehr gefährlich/zubeforgen/
 daß sie in Nobisfrug/oder Venusberge (Münsterberg oder Goldberg)
 fahren/da denn zu tanzen alle Tage gnug und vollauff seyn soll/ daß man
 von solchen tanzen wohl sagen mag: Also tanzen die Teuffel in der Höl-
 le zu Pinckepanck/wie ichs von vielen ehrlichen/verständigen auch einsäl-
 tigen Leuten gehöret habe / extat in Theatr. Diab. P. 1. p. 179. c. vom
 Nobisfrug Scheræi Miscell. Hier. P. 1. p. 32. von Venusberg Kornm.
 in monte Veneris.

§. 39. Illud, quod mons iste primum innotuit, hoc fertur,
 fuisse: Reinswigæ cuidam, ex infima sorte in regiam uxorem a,
 nescio quo, Angliæ rege adscitæ, deque salute defuncti mariti so-
 licitæ revelatum fuit, ipsum in monte illo Horrisono laborare.
 Itinere igitur ad istum suscepto propter radices eius facellum,
 excitavit cum pago ex spirituum ibi occurrentium frequentia Sa-
 tanæ locus, hodie Sattelstad, nominato. Quod in facellum
 regina cum virginibus assidue sese recipiebat, usque dum ma-
 ritum cælo lucrata Isenacum concederet montemque Petri oc-
 cuparet. r) Cæterum de eodem Horrisono: Meæ, inquit Agri-
 cola, aliorumque memoria constat, diabolum quosdam ceno-
 phoros in montem istum per visionem deduxisse, multosque, et-
 iam superstites, altis immerfos inferni flammis representasse.
 s) Ejusdem quoque montis in vestibulo si arenas scopis ver-
 ras & æquabiles facias, nihilo tamen minus postero die eodem
 in aditu variarum animalium vestigia apparent. t)

r) v Heider. & Kornm. de mirac. l. c. Binkard. Thüring. Chron. l. 1.
 p. 127. s) Agricola teutsche Sp. p. 301. das wird geschehen/ wenn
 der Teuffel von Aeh kömt p. 163. t) id. Heid. & Geschicht der Land-
 graffschafft Thüringen ann. 1685. c. 4. p. 26.

§. 40. De tempore jamjam dicendum erit. Equidem,
 D quod

quod Eccardi satellitium concernit, nihil ubiq̄, quo tempore præcise occæperit, reperire potui. Si tamen quid divinare valeo, factum id arbitratus fuerim post exortam iis in locis Evangelii prædicationem, sed jamjam pontificiorum erroribus inq̄vinatam. Quod si nobis illos Spiritus occursantes Reinsvigæ, de quibus modo diximus, pro exercitu nostro interpretari fas est, memoria ejus seculum 12. incurret. Binhardus enim l. d. relationem istam ad ann. C. 1143. referre censuit. Duravit in seculum usque 16. quantum ex Agricola possis colligere. Hodie tamen ita ut tunc erat, comparere desit. u) Ad Hellequinam familiam, primo sic dictam, quod attinet, facile, si rationem supputes, edoceris, seculo fere 12. viguisse eandemq̄ aut eodem seculo aut sane sub initium 13. evanuisse. x.) Cæterorum exercituum in hæc nomina adoptatorum, cum & multi fuerint, & fere ætatem non tulerint, itum ab utroque assignare superfedeo.

u.) testis est anonymus ille semel iterumq̄ alleg. x.) quantum enim ex Bellovacensi videre est, Ioannes ille Aurelianensis, ea de familia hac quæ retulimus supra §. 8. enarrans Henrico (Aurelianensi episcopo, Bellovacensis episcopi fratri, a quo acceperat Vincent. Bellovacensis) coætaneus fuit hujus Vincentii: is vero diem obiit, anno 1264. juxta alios 1256.

§. 41. Ad unum omnes sæpius legas noctu aut vesperi visos esse, ac quidem interdum, quippe quo tempore glaucomata repræsentari & supersticiosuli falli facilius possunt. Ac veterum est sententia, defunctorum animas nocturno tantum tempore per terras vagari, y.) cæteraque spectra esse crebriora, z.) ac robur habentia, a) sed nec diurnum, legas, averfari adeo, ut suis hac in re fraudibus accommodari nolit versipellis ille tenebrio.

y.) v. Boxhorn. quæst. Rom. q. 9. 42. 43. & Barth. in Ænez Gaz. dial. p. 144. z.) Delrio Disquis. l. 6. c. 2. Sect. 1. qv. 1. §. 7. p. 926. b. Jac. And. Crus. in nocturn. offic. c. 7. p. 305. it. c. 19. p. 370. a.) id. Delrio Herc. furent. Comment. vers. 123.

§. 42.

§. 42. Tandem, quod priscae observationis est, uno tempore magis ac altero abuti diabolum, b.) idem & hic deprehendere possis. Nam Eccardina ista familia cum tempore *quotannis* alio, tum maxime *natalitiorum Christi* c.) *ac Bacchanaliorum* d.) factum esse conspicuum narrant autores. Imprimis ab Agricola *dies Jovis in quadragesimali* annotatur; ac si vera sunt quae loquebantur vagantes Scholastici, *venit in solitudinem* nocte diei sabbati in 4. angariis & nocte trium dierum Jovis in adventu domini *ac fertur in locum alium magna cum querimonia ad extremum usq; diem.* e.) Videntur sane noctes angariarum sabbaticae solennes fuisse spectris, aut saltem existimatae tales a superstitiosis. Colligo ex hac quoque relatione: *In monte Oselberg Dinkelsbybelam & Hankammum inter, arxstetit quondam. Unica ibi virgo fuit, domina arcis, quae fertur cum muris occubuisse. Antea autem cum patri suo viduo rem familiarem tuoretur, claves omnium conclavium habuisse. Postea rumor est ortus ejus animam sive spiritum circumvagari ejus arcis περιβολον sive murum, ac nocte cujusq; angariae Sabbatina cum fasce clavium de cingulo habitu virginis conspici. Contra senes rustici ejus loci se ex suis patribus audisse ferunt, illam virginem fuisse ethnici filiam ac mutatam esse in magnum & horribilem serpentem habentem caput & pectus virginis, clavibus de collo pendentibus, & plerumq; quatuor angariis anni cerni* f.)

b.) conf. Bodini *Dæmonom.* l. 2. c. 4. c.) eod. tempore Diana cum furioso exercitu proficiscitur vid. *Præt. Saturn. prop.* 48. p. 395. itemq; domina Holla quae ad Horselbergam redire memoratur *Festo 3. Reg.* id *propof.* 54. p. 403. conf. ejusd. *Melib. P.* 2. c. 7. p. 515. d.) *Vechner. Brev.* p. 129. *Sebast. Franc. Proverb.* f. 259. e.) v. *supra* §. 14. f.) *Crus. annal, Paralip. c.* 17. p. 68. ex G. Widem.

§. 43. Consuetudine receptum ferunt Francofurti, ut quotannis juvenes pretio allekti currum multis vestitum frondibus viroque conspicuum vesperi deducant ostiatim non sine cantionibus & vaticiniis, quae tamen, ne fallant, abs consciis earum rerum, de quibus rogandi sunt, edocti fuerunt. *Memo-*
riam

932
riam exercitus illius Ekkartini ita celebrari vulgus ait. Possis
tamen aptius Majumis hodieque passim, solennibus accen-
sere. g)

g) v. Prætor. Meliboc. P. 2. c. 6. p. 496 coll. p. 462.

§. 44. Hæc sunt illa B. L. quæ de exercitu furioso
annotavimus. Multa hic invenias quæ meliora exoptare po-
teras, multa quæ plenius tradi, multa quæ certius. Optarem,
& ego. Si tamen causam apud Te meam aut materiæ ratio,
aut emendandi studium perorare valet, Tua emacu-
labit benevolentia, quæ Tibi a me videbun-
tur expungenda.

Ad

HILSCHERUM SUUM,

Doctissimum Disputationis hujusce Præsidem, In-
quilinum per tres annos, Amicumq; longe di-
lectissimum,

Nomen AVI nondum est extinctum hæc urbe beati,

Lipficolum Ambrosius qui Venerandus erat;

Nondum etiam PATRIS, patrio qui excultus in Hæmo,

Nunc Waldheimensis sanctus Epopta soli est.

Filius atque nepos Philyræ nunc reddis utrumque,

HILSCHERE, o cordis portio cara mei!

Sat locuples testis vel dissertatio sola est,

Turma excuissa abs Te quæ furiosa fuit,

Macte agedum his ausis, postque hunc Heliconæ
Sionem

Conscende! En & AVO par eris atque PATRI.

Bene-ominabundus properabat

L. JOACHIMUS FELLERUS, PP.

& Acad. Bibliothecar.

107


is
n-
fo
o-
o,
n-
i,
o,
a
I.
P.

ULB Halle
003 120 015

3







II h
932

Q. D. B. V.
DISSERTATIONEM

De
**EXERCITIU
FURIOSO,**

Vulgo
Wütenden Meer/

In Academia Lipsiensi



P. P.

P R Æ S E S

M. PAULUS CHRISTIANUS Hilscher/

VValdh. Misn. Alumn. Elect.

&

Respondens

BALTHASAR HENRICUS HEINSIUS,
Soravia-Lufatus,

Ad d. X. Aprilis Anno MDC LXXXVIII.

LIPSIÆ, Literis JOHANN. GEORGI.

52

